Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38235
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

sup generationem malam cum malitia uenitae. Quare a sanguine
abel qui primus martyrum passus est. mirum nonem. sed quare usq;
ad sanguinem zachariae querendum est cum & multi. p eum usq; ad na
tiuitatem epi. & ipso mox nato innocentes in b&hlem pueri sint ab
hac generatione peremptti nisi forte quia abel pastor ouium zacha
riae sacerdos fuit. & hic in capo ille in atrio templi necatus est. Vtri
usq; gradus martyres & laici scilicet & altaris officio mancipati
sub eo uolunt intimare uocabula. quem occidistis inter templum & altare.
Inter parietem templi & altare incensi interius. siue & alii dicunt inter
ruinas templi & altare hostiarum exterius. Querit quisit iste zachariae
filius barachie quo occisus est inter templum & altare. cum multos legimus za
chariae. sed ne libera nobis tribuerent eorum facultas. manifeste
ostendit. De quo dicit hoc quod addit. quem occidistis inter templum & al
tare. illum significare uolens zacharia quo occisus est a uoas rege iu
dae sic regum narrat historia. sed obseruandum quod ille zachariae non
sit filius barachiae. sed filius ioadae sacerdotis. Vnde scriptura refert
non fuit recordatus ioas patris ei ioadae quae sibi fecisset bona. cum ergo
zacharia teneamur & occisioni consentiat locus. Querimus quare bara
chiae & dicit filius & non ioadae. Barachie in lingua nra benedictus dnm
dicit. & ioda iustitia uel iudicatur & ideo uir iustitia plenus. benedic
tus dnm rest & appellatur. heu heu quae occidis prophetas & la
pidas eos qui ad te missi sunt. hierusalem non saxa & edificia ciuitatis.
sed habitatores eius uocat. quam patris plangit affectu. sic & in alio loco
legimus. quod uidens ea fleuerit. Quoties uolui congregare filios
tuos quem admodum gallina congregat pullos suos sub alas suas &
noluisti. Ne eo autem quod dicit quoties uolui congregare filios tuos. omis
sis & pro prophetas a se missos esse testatur. Aliis quoque similitudinem con
gregantis suppinnis nidum suum in cantico deuteronomii legimus. sic
aquila protegere nidum suum & sup pullos suos desiderabat expandens
alas suas suscepit eos & tulit suppinnas suas. & pulchre quia herodem
de sua nece tractantem uulpem uocat. seipsum auem comparat. Fraudu
lentia enim uulpis. sep insidiari auibus tendere necessitat. Quod dicit qui
ad te missis. id est. qui ad pfectum tuum missi fuerant. Quoties uolui.
ac si dicer & in debita reddis mihi congregationem deae egypto & babylo
ne pullos sub alas. Duae alae dni moyses & aaron qui eduxerunt popu
lum de aegypto. siue zorababel & esdras & neemias & ihs filius iose
doch. ducem qui eduxerunt populum israel de babilone. Querit quomo
do dicit quoties uolui cum pphetas dixerit. omnia quae uoluit dnus fecit.